Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045897

Beiheft 2

S 109

1264 März 31 Münſter. [33

Biſchof Gerhard von Münſter überträgt dem Kloſter Varlar einen Zehnten. 109

Universis Christi fidelibus innotescat, quod nos Gerardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, mansum dictum Hugenc Bedemerschwic situm in parochia Osterwick, quem, cum Thidericus de Schonebecke miles ecclesiae Varlarensi vendiderat venditione legali, nobis, a cuius manibus eundem mansum in feodo tenuerat, libere et absolute cum consensu Franconis et Hermanni et aliorum haeredum suorum resignavit, dictae contulimus ecclesiae proprietatis iure perpetuo possidendum. Dictus quidem mansus solvit tantummodo duos solidos Monasterienses annuatim, quod praesentibus protestamur. Actum Monasterii his praesentibus: Widekindo praeposito et Joanne decano Monasteriensi; Bernardo Werencen, Rudolpho de Meinhuvele, Wescelo de Lembecke, Sv[e]thero Werencen, Thiderico de Lere, Ludolpho de Buckestorpe et Engelberto de Billerebeke militibus et multis aliis probis viris, anno Domini M°CC°LX quarto, pridie Kalendas Aprilis, pontificatus anno secundo.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 43/44. -- Dieſe Urkunde wichtig für die Beſtimmung der Beſtätigung Biſchofs G. als episcopus; ſie kann nicht vor 1. April 1262 erfolgt ſein! Vergl. Wilmans III, S. 366 Anm.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007